



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio  
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

B. Franciscus Xauerius, nu. 29.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

to plura speramus; tuum est, tuum erit.  
Auge Mater pijsfima tuum beneficium;  
tuere Virgo mater sanctiffima.

XXII.

B. FRANCISCVS XAVERIVS

Societatis Iesu.

29 **B**eatus Franciscus Xaverius, vnus ex  
nouem B. Ignatij Loyolæ socijs san-  
ctitate, & miraculorum gloria inclytus,  
qui primus è Societate Iesu Euangelij lu-  
men in remotiorem Indiam, & in Iapo-  
niam intulit, beatæ Virgini Dei genitrici  
secundum Christum, *teste nostro Horatio*  
*Tursellino in eius vita, libro 6 cap. 5.* maxi-  
mè fuit addictus; cuius opem, & viuum,  
& moriens in omnibus suis rebus implo-  
rare solebat. & vt omittam vota bonis  
omnibus renunciandi, salutis animarum  
vacandi, & Ierosolymam proficiscendi,  
quæ cum alijs primis Societatis nostræ  
Patribus, eiusdem consilij socijs Parisijs  
anno 1534. in beatæ Virginis templo,  
quod *Mons Martyrum* dicitur; nuncupa-  
uit ipso die Assumptioni Virginis sacro,  
quo eandem promissorum suorum, &  
testem, & præsidem haberet; complura,  
quæ eius erga Virginem pietatem decla-  
rant, testantur.

*P. Horat.  
Tursellin.*

*Vota corâ  
Virgine  
Lutetijs  
nuncupat.*

*Virginem* In tradendis symboli articulis, & de-  
*nūcupat in* calogi præceptis illa ferè ratione vteba-  
*docenda* tur, quemadmodum in quadam Episto-  
*doctrina* la ipse scribit, vt primo præcepto decãta-  
*Christia-* to, primum Christi opem inuocaret, re-  
*na.* citata oratione Dominica; deinde cum  
*Li. 1. epist.* reliquis caneret: *Sancta Maria mater Iesu*  
*B. Xauerij* *Christi impetra nobis à filio tuo, vt primum*  
*epist. 5.* *eius præceptum seruemus sedulo*, inde salu-  
 rationem Angelicam adijciebat, eadem-  
 que ratio in reliquis nouè præceptis ser-  
 uabatur. Institutionis verò, qua docti inã  
 Christianam tradebat, clausula erat: *Sal-  
 ue Regina*, qua B. Virginis opem, & auxi-  
 lium omnes implorabant.

*Horatius* Cum Meliapore noctu antè aram Vir-  
*Tursel. lib.* ginis supplicaret, & à dæmonibus acriter  
*2. vita c. 5.* verberaretur, Deiparam sui certaminis  
*Contra de* spectatricem implorabat, illis verbis idẽ-  
*monẽ Vir-* tidem repetitis: *Domina opitulare, Do-*  
*ginis opem* *mina mihi non opitulaberis?*  
*implorat.* In dubijs rebus Deum consulebat, ad-  
*Lib. 2. c. 1.* hibita beatissima Virgine deprecatrice,  
*Energume* quod & fecisse scribitur Meliapore, cum  
*nũ, ac mu* anceps animo esset, pergeretne ad Maza-  
*tum ado-* cares, an in Indiam rediret.  
*lescentem* Obsessum à dæmone adolescentẽ, qui  
*Virginisa* linguę vsum amiserat, & periculoso mor-  
*crocelebra* bo laborabat facto Virginis sacro, excuf-  
*to sanat.* so dæmone, integræ sospitati restituit.

In

In Iaponiam ubi per tot præclara faci- *In Iaponiã*  
 nora ad Dei gloriam edidit, ipso Assum- *die Assum-*  
 ptæ Virginis die multis difficultatibus, *ptionis*  
 quibus eam navigationem Satanas im- *peruenit.*  
 pedire conatus est, Virginis ope supera-  
 tis, peruenit.

In reditu ex Iaponia cum scapha, in  
 qua quindecim erant viri, præter duos Sa-  
 racenos, ab oneraria in qua ipse veheba-  
 tur, retinaculo rupto vi tempestatis esset  
 abrepta, & momento penè temporis om-  
 nium conspectum effugisset, omnium-  
 que opinione de ea desperatum iam es-  
 set, fuis à Xauerio precibus ad Deum, &  
 Deiparam Malacensem, cui tria sacrificia  
 vouit; post triduum è certissimo naufra-  
 gio incolumis ad onerarium, Dei Deipa-  
 ræque beneficio redijt.

In suprema ægritudine moribundus *In morte*  
 biduū voces illas subinde iterabat: *Iesu fi- Virginem*  
*li David, miserere mei* Et, *Mater Dei memē inuocabat*  
*to mei;* tandem IESVM, & MARIAM sæpè  
 inclamans, in Sanciano Insula apud Si-  
 nas, dum in illorum conuersionem, non  
 sine maximo capitis sui, vel perpetuæ ser-  
 uitutis discrimine, se totum tradere me-  
 ditatur, atq; ardentè exoptat die 2. De-  
 cemb. anno Domini 1552. ætatis suæ 55.  
 Indicæ verò suæ peregrinationis vndeci-  
 mo, sanctè obdormiuit in Domino.

B. CON-